

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 5: De aliis rebus Caput 15: De die finalis iudicii (11)

Idem (Bernardus) in epistola ad Robertum:

Veniet qui male iudicata reiuocabit,  
illicite iurata refutabit, qui facit iudicium iniuriam patientibus.

Veniet, inquam, veniet dies iudicii,  
ubi plus valebunt pura corda quam astuta verba,  
conscientia bona quam marsupia plena,  
ita quidem quia iudex ille non fallitur verbis,  
non flectitur donis.

Veniet, veniet qui male iudicata reiuocabit,  
illicite iurata confutabit, qui FACIET IUDICIUM INIURIAM PATIENTIBUS,  
qui IUDICABIT IN IUSTITIA PAUPERES ET ARGUET IN AEQUITATE PRO MANSUETIS TERRAE.  
Veniet pro certo qui per Prophetam minatur in psalmo dicens:  
CUM ACCEPERO TEMPUS, EGO IUSTITIAS IUDICABO.  
Quid faciet de iniustis iudiciis, qui ipsas quoque iustitias iudicabit?  
Veniet, inquam, veniet dies iudicii,  
ubi plus valebunt pura corda quam astuta verba,  
et conscientia bona quam marsupia plena,  
quandoquidem Iudex ille nec falletur verbis,  
nec flectetur donis.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 1.7 (SBO 7, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.6, ll.3-10).